



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Colloquium ultimum, & Epilogus libelli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

fensurus sim, ah! mi DEVS!
 detrude me, antequã peccem,
 in illum infernum, quem post
 peccatum sustinere, deberem;
 malo enim esse amicus tuus
 inter pœnas Inferni, quã ini-
 micus tuus inter dœdicias Pa-
 radisi.

COLLOQVIVM

Ultimum. —

O Mi DEVS, amabilissimum
 Bonum meum! quomo-
 do possibile est, ut vivam, &
 tamen vita mea non sit conti-
 num quoddam amoris tui ex-
 ercitiu, cùm undique torfi-
 muli, tot ac tanta motiva ad
 illud faciendũ me impellant?

Om-

Omnes res creatæ & increa-
tæ, præteritæ, præsentis, & fu-
turæ unâ voce mihi acclamant:
AMA DEVM TVVM, SOLVM,
SEMPER, ET PERECCTE, In-
vitant me ad hunc sanctum tuum
amorem, ô charum Bonum,
meum! infinita & infinities
perfecta Bonitas, Pulchritudo
& Perfectio tua; Amor tuus
æternus, gratuitus, continuus,
& infinitus, mihi indignissimo
exhibitus; Beneficia tua, tot
tamque eximia & continua:
Pulchritudo & Perfectio om-
nium operum tuorum: Præ-
mia æterna, & infinitæ Promis-
siones te amantibus factæ: Æ-
ternæ poenæ illis intentatæ, qui

TE non plùs, quàm creaturas
diligunt; Mors, quæ creaturas
perditè amatas subtrahit, sed
TE sancto amore dilectum au-
ferre non potest; Futurum ju-
diciũ, quod malè amantes con-
funder; Exemplum Electorum
tuorum, & Tuum O mi DEVS,
qui TE ipsum solum tanquam
ultimum finem amas; Pax &
tranquillitas animæ, quæ TE
tantũm diligit; & inquietudo
animæ peccatricis; Dolor, qui
animũ meum affligit, eò quòd
hactenus alia, quàm te amave-
rim; Ipsa Ratio, quæ continuo
mihi dicit, ut amem illum,
qui verè me amat, qui verè
amabilis est, & ab omnibus,
qui

qui sanè amant, dilectus; Obligatio quã mihi imponit status & conditio Hominis, Christiani, Religiosi, &c. Quòd cognoverim, etiam cum quãdam experienciã & particulari lumine, amabilissimam Bonitatem tuam; Quòd videam tantam delictorum abundantiam, quibus à tam multis offenderis; Necessitas amandi te, cum alioquin tempus benemerendi sine fructu dilabatur; Omnium aliarum rerum, etiam exercitij vitæ nostræ, vilitas & indignitas, si non sint Amor Dei, aut cum illo conjunctæ; Exemplum Creaturarum, quæ tanta agunt & pati-

P 6 untur

untur, ut satisfaciant, aut non displiceant alijs, ut lucrentur, aut non amittant creatum aliquod bonum, vel ut evitent corporale sive temporale aliquod malum; Accedit, quòd tam facile sit exercitium te amandi (ô mi DEVS!) nec incommodum pariat, nec requirat impensas, aut multum temporis, & tamen amantes te certò certius consequantur in hâc vitâ æternum beneplacitum tuum, in altera verò quoad corpus & animam ipsimet abundè satiandi sint.

Hæc & alia motiva (ô mi Summe Amator!) sunt totidem flammæ, quæ me circumdant

dant & accendere deberent,
totumque consumere igne
amoris tui; sed me miserum,
Domine, vides hic miraculum
frigiditatis meæ, quæ etiam in
medio incendij renuit incalef-
cere. Ah mi DEVS, TV qui
Ignis es consumens glaciem
cordium, dignare condonatâ
præteritâ injuriâ sauciare ani-
mam meam accenso telo divi-
ni Amoris tui, ut excitata tam
sancto vulnere, pedibus affe-
ctuum suorum, tota ad TE cur-
rat. O me beatum! quando
(sicuti spero & à te peto, fir-
miterque propono) & ego
nullius alterius rei habebō Me-
moriam aut cogitationem, ni-

si quâ TVI recorder, & de TE cogitem; nec aliam Voluntatem, nisi quæ amet, desideret, & velit TE SOLVM; nec alios Sensus & Potentias, nisi quæ totas se impenderint beneplacito & servitio tuo. Amen.

Absorbeat, quæso, Domine cor meum ignita & melliflua vis amoris tui, ut amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori, IESV CHRISTE Salvator Mundi. Qui vivis, &c.

Et ecce! tibi per istas Industrias totidem aperte fuerunt porta, per quas sine morâ introire potes in Cœlestem Hierusalem ad conversandum cum DEO & Sanctis ipsius; & si bene perpendas, invenies, quod, sicuti dixi tantum ex omnibus
missi-

sufficerent ad conservandam vi-
ram quandam & sanctam fre-
quentiam affectuum erga res di-
vinas ita, si ad maiorem illarum
partem vel mediocrem animi ap-
plicationem habueris, impossibile
futurum sit, ut cor tuum pijs affe-
ctibus & virtutum actibus va-
cuum remaneat aut non unitum
cum Domino Deo perseveret, eti-
amsi inter media negotia verseris,
vel curâ proximi distentus si in
itinere, in plateis & quovis alio
loco moreris, vel exercitio, quod
aliàs ex natura sua distractio-
nem parere solet, occupa-
tus sis.

✠(†)✠

IN-